

Johann Conrad Barth    Johann Moritz Polz

## **Exercitatio Academica De Amoribus Egregorum**

Rostochi[i]: Richelius, 1659

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730550869>**

Druck    Freier  Zugang



Fo. Cour. Barth. Resp. Joh. Henr. Polguis  
R. U. phil. 1659.



بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

Exercitatio Acadēmica

DE

AMORIBUS EGREGIORUM,

*Quam*

Divino favente Numine

suffragante

Amplissimâ facultate Philosophicâ,

*In*

Illustri ad Varnum Academia

sub PRÆSIDIO.

*Præcellentis, atq; Clarissimi*

DN. M. IO. CONRADI BARTHI,

Publicæ Censuræ summittit

RESPONDENS

JOHANNES MAURICIUS POLZIUS,

SS. Theol. & Phil. Studiosus.

In Auditorio Majori, ad diem 18. Junij horis ab 8. antemeridianis.

—(S):(:o):(S)—

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Ampl. Senatûs Typ.

ANNO CL<sup>o</sup> L<sup>o</sup> LIX.

1659

PATRIBUS PATRIÆ GRATIOSISSIMIS  
VIRIS  
NOBILISSIMIS, AMPLIS-  
SIMIS, CONSULTISSIMIS ET  
PRUDENTISSIMIS,

DN. JOACHIMO Rathlen/  
DN. JOHANNI Schumachern/ { Consulibus Floren-  
DN. HENRICO von Deylen/ { tissimis.  
DN. HERMANNO WERNERO, Jcto & Syndico.  
DN. BRANDANO Schmidt, DN. CASPARO Treudenburg/  
DN. MARCO Burmeister/ DN. DANIELI Maken,  
DN. MICHAELI Kirchsorff/ DN. CHRISTOPHO Gröning  
DN. JOHANNI Nieman/ DN. CHRISTOPH. Boekheuser/  
DN. JOHANNI Köppen/ DN. TRIACO Burmeister/  
DN. DANIELI Herzberg/ DN. DANIELI Sdewan/

Senatoribus incluræ ac celeberrimæ Reip. Wilmariensis  
gravissimis

DN. GERHARDO Schlaff/ Ejusd. Reip. Protonotario &  
Secretario.

*DN. Fautoribus, & Promotoribus meis singulari observantiæ  
cultu amplectendis,*

Γύμνασιον hoc Academicum, præmissis omnis sa-  
lutis & incolunitatis voto, præconceptaq; summissâ pe-  
titione, ut placido & sereno vultu id ipsum invicemini,  
& studiis meis, DEO, Ecclesiæ & Nobiliss. Dignitat. Ve-  
stris æterno cultu mancipatis, usq; favcatis.

*Subjectis simâ animi devotione offero, inscribo, consecro,*

Nobiliss. ac Ampliss. Dignitat. Vestris æternum  
addictissimus, studiosis.

JOHANNES MAURICIUS POLZIUS,  
Respondens.



EXERCITATIONIS ACADEMICÆ  
 DE  
 AMORIBUS EGREGORORUM  
 CAPUT I.

Nominis reddit rationem.

**N**omen τ̄ ΕΓΡΗΓΟΡΩΝ, quod per τ̄ ἘγρηγόρηⓄ Hefychi-  
 us exponit, indidem nos, unde Varinus Phavorinus τὸ  
 ἐγρηγόρη, deducimus. Ita ergo ille: Εγρηγόρη δὲ τ̄ ἐ-  
 γρηγόρη, ἢ γρηγοῦ, ὁ μέσος, ἢ γρηγοῦ, καὶ ἐγρηγόρη ἀπὸ τῆς ἐ-  
 γρηγοῦ καὶ ἀπὸ τῆς γρηγοῦ. Hinc & nostrum ΕΓΡΗΓΟ-  
 ΡΟΣ; quod communiter vigiles notat quoscunq̄; hoc sensu πῶς ὁ  
 usurpatum Thren: 4, 14: cum primis verò cœlestes illos infatiga-  
 biles vigiles, quorum sancta hæc officia, ut loquar cum Hieronymo,  
 Crebris pernoctationibus imitanda nobis prisca Ecclesiæ Patres propo-  
 nunt. Quare ab illis ita vocarentur, ansam præbuit, (Scaligero  
 Indice, in notis ad Eusebii Græca p. 404. editionis noviss.) unicus  
 Danielis locus c. 4, 10. ubi pro Angelo textus habet ΓΥ: quod varii  
 variè interpretantur. Alii τ̄ ἄγγελοῦ retinuerunt: alii per τ̄ ἄγγελοῦ ex-  
 presserunt. Hieronymi elegans meditatio est, Chaldaicum ΓΥ  
 à græco ἰριε derivatum esse, quod ab ἑβραῖο, ἀγγέλω. Chaldaeis enim  
 solum esse græcas voces formâ Chaldaicâ in suam linguam transferre, re-  
 fert C. Sanctius ad Dan: 3. num: 28. Certe ipsum τ̄ ἄγγελοῦ in sua si-  
 gnificatione inter Chaldaica nomina reperias, fide ejusdem Sanctii in  
 Dan: 4. num: 15. qui ibidem divinatur, splendidum aliquid Nabuchodo-  
 nosori cœlitus oblatum, cumq̄, quid esset ignoraret rex Barbarus atq̄, Idolo-  
 latra, existimasse, fuisse Irin atq̄, ideo fortasse, ΓΥ i. e. Irin appellasse, quâ  
 ἄγγελοῦ τ̄ ἱεῶν dicere, Poetis commune omnibus, & Mæonidæ in-  
 primis perpetuum. Confer, quæ in hanc rem Heinsius in Aristar-  
 cho Sacio ad Nonnum iuggeret. Ad eandem metam, diversâ li-  
 cet viâ, tendit Ludov. de Dieu, qui in Dan: l. c. Joh: Cloppenburgi  
 Sententiam laudat per quem ΓΥ dictum pro ΓΥ posito y pro γ,  
 quod familiare Chaldæis ibidem videas. Quos hi Angelos, alii E-  
 GREGOROS dixere. Τὸ γδ ἑβρ, ita Scholion, ὅς δ' ἐν ἑβραῖοις ἐγρηγόρη καὶ  
 ἄγγελοῦ

A

*ἀγροπν* ἔρμηνεύεται. Aliud, ἀντὶ τοῦ ἑρῶ οὗ ἄγγελον ἠρμηνεύσαντες  
 οἱ Ἰσοπιδεῖς ἐξηγήσαν. Ita Aquila, ita Symmachus. Exinde promi-  
 scus harum vocum usus in Ecclesiasticos scriptores irrepsit. Te-  
 stem damus Clem. Alex. qvi l. 2. Παιδαγωγ. c. 9. κηρύττοι, αἱτ,  
 οἱ ἐξηγητῆρες εἰς αὐτὸν, Ἐφῶς αὐτὰς ἀπεικάζοντες ἀγγέλους, ἐς Ε-  
 ΓΡΗΓΟΡΟΥΣ καλεῖται. Svidæ etiam & Varin: Phavorino, ΕΓΡΗ-  
 ΓΟΡΟΙ, ἄγγελοι. Tandem illi præprimis ita dicti, quos ad tutelam  
 generis humani missos vigiles cœlestes, terræ contagione macula-  
 tos congressibusq; formosarum mulierum inquinatos fabulati  
 sunt, ut è Georgii Cedreni 7, 11, 52. videas deductum apud Ma-  
 gnum Scaligerum l. c. & Jul. Cas. Bullengerum l. 1. delic. & vet: Ma-  
 gia p. 500. Ergo sub eodem titulo & nos fabulam hanc primò enar-  
 rabimus; inqviremus deinde in ejus originem atq; fundamenta;  
 deniq; coronidis loco de incuborum succuborumq; ἐφεσθισίαις,  
 ob materiæ similitudinem, Judicium Physicum sujiciemus.

CAP. II.

Fabulam recitat ex Autoribus Græcis.

**N**eqve verò ràm nostris fabulam hanc exponemus quam eorum  
 verbis, qvi inter autores eius fautoresq; potissimi fuerunt. A-  
 gedum, lector, attende, quam ἀκρίβην suis erroribus fundamen-  
 tum substernant, qvi importunè aliàs in antiquitatis consensu tan-  
 to cum supercilio ampullantur. Ecce! tibi, reos jam confitentes:  
 Fr. PERERIUM, quem pudet tam pudenda, tam absurda indignaq; di-  
 cere, sententiam esse MULTORUM antiquitatis, doctrinæ ac sanctita-  
 tis laude præstantium virorum, l. 8. in Gen: c. 6, 2. Dion: PETAVI-  
 UM, qvi in animadv: ad Epiph: hæref: 64. his ipsis de λέγοισ: fuit  
 hæc, ait, *Vetustissimarum patrum fere OMNIUM Sententia.* Fr. FELL-  
 ARDENTIUM, qvi in annot: ad Irænei lib. 4. adv. hæref: cap. 30:  
*Ita PLERIQ; Classici autores.* Item cap. 70. *Vetus hæc MULTORUM*  
*& gravissimorum authorum opinio.* Georg: AMBIANATEM, qvi  
 in vindiciis Tertullianicis non aliud Σαφὲν Φάρμακον habet, quod  
 applicet, nisi hanc Confessionem, qua, ut unum Florentem expe-  
 diat, intricat omnes. Pergimus nos & è græcia primùm mytholo-  
 gos adsciscimus. Suo his jure anteponimus Hebræos quidem; sed

Εὐκρί-

Ελληνίζοντες: Philonem primo. Ita ille ab initio ἰ. περιγράψων :  
 ἰδόντες ἢ οἱ ἄγγελοι ἢ θεὸς ἢ θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαὶ εἰσιν :  
 ἔλαβον εαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξέλεξασθε. Ad quae verba  
 porro ita πλατωνίζῃ, an graviter delirat? ἐς ἄλλοι φιλόσοφοι δαί-  
 μονας ἀγγέλους Μωσῆς εἶπεν ὀνομάζειν. Ψυχὰς ἢ εἰσι καὶ τῶν ἀέρα  
 πετόμεναι. καὶ μηδεὶς ὑπελάβη μῦθον εἶναι, τὸ ἐρημηρόν, ἀνάγκη γὰρ  
 ὄλον δι' ὄλων τὸ κόσμον εἰψυχῶσθαι, τῶν πρώτων καὶ σοικωδῶν μερῶν  
 ἐκείων τὰ οἰκεία καὶ ἀεὶσφορα (ἴσα περιέχοντες), γῆς μὲν τὰ χειροῖτα,  
 θαλάττης ἢ καὶ πλάτων τὰ κύματα, πύρρος ἢ τὰ περιγίαια. Λόγῳ ἢ  
 πᾶσι καὶ μακεδονίαι μάγιστροῖς. Ὁρανεῖ δὲ ἀστέρων. καὶ γὰρ  
 εἶσι ψυχὰς ὄλον δι' ὄλων ἀκέραιαί τε καὶ δίκαια, παρ' ὃ καὶ κύκλω κινεῖν  
 τὴν Συγκροστικῶν καὶ κινήσιν. Succedit huic Josephus, qm̄ δεχαι-  
 ολογ, l. I. c. 4. πολλοὶ ἄγγελοι θεῶν γυναῖξί Συμμιχθότες ὑβριστεῖς ἐξήθη-  
 σαν παῖδας καὶ ὑποερέπιας καλῶς διὰ τὴν Ἰσραὴλ τῆ δυνάμει πεπιθήσιν.  
 Quamquam hunc Zonaras excusat ita: ὁ δὲ ἰωσήφῳ ἀγγέλος λέγει  
 τὰς θυγατέρας ἀνθρώπων λαβεῖν, ἔτω καλέοις, οἶμαι, αὐτῶν υἱὸς σὴθ  
 &c. Hos magno numero sequuntur Christiani. Justinus διπλογ, πρὸς τὴν  
 Ρωμαίων Σύγκλητον pag. 130. edition. R. Stephani, Lutet:  
 1551. οἱ δὲ ἄγγελοι παρεβάσαντες τὴν ἢ τὴν τάξιν, γυναῖκῶν μίξισιν  
 ἠτήθησαν καὶ παῖδας ἐπέκυνσαν, οἱ αὖτις οἱ λεγομένοι δαίμονες, &c.  
 Iterum in ἀπολ. πρὸς ἀρτωνίον τὸ ἄσπεθῆ. Τὸ παλαιὸν δαίμονες  
 φαῦλοι ὄπτηφαισας ποιησόμενοι ἔγυναῖκας ἐμοίχευσαν. Coanus  
 huic Athenagoras Atheniensis ἐκ πρεσβείας περὶ χριστιανῶν p. 31 edi-  
 tionis H. Stephani 1557. ἐκεῖνοι ἢ (ἄγγελοι ἐυβρίσαντες de quibus  
 prius) εἰς Ἰσραημίου πούσιντες παρθένων ἔῃπες Ἐρκαρὸς ἀρεθέντες  
 &c paulò post: ἐκ μὲν ἔν τῶν περὶ παρθένων ἐχόντων οἱ καλέμε-  
 νοι γίγαντες. Nec erubescit his vanis propheticaam auctoritatem  
 pratexere. ἴδε ἢ, ait, μηδὲν ἡμῶς ἀμάρτυρον λέγειν, ἀ ἢ πῶς περὶ  
 φῆταις ἐκπεφώνηται, μιλῶειν. Pergit: ἔπει τίνων οἱ ἄγγελοι: οἱ ἐκ-  
 πούσιντες τῶν ἔραων περὶ τῶν ἀέρα ἔχοντες ὅλην εἰς τὰ ὑπερβόρεια ὑπερ-  
 κύψαι δυνάμενοι. Καὶ αὖ τῶν Γεράτων ψυχὰς, οἱ περὶ τὸν κόσμον εἰσι  
 δαίμονες, &c. Sequitur Athenagoram & ejus se auctoritate tutatur  
 Methodius in oratione de resurrect: cujus fragmenta nobis ser va-



runt Eriphan: Hæref: 64. Κατὰ τὸ Ὀρμζένες, & ὁ πολυμαθὴς Photius in μυροσίβλα, Codice ccxxiv. utrobique ista legimus: καὶ οἱ μὲν πῦτὰ σαρκῶν ἐραδέντες καὶ τὸ ἄνθρώπων εἰς Φωτισίαν ὀμιλήσαντες θυγατέρας. Ubi collatione utriusque discimus non mendosam modo inscriptionem in Eriphan: citata Hæref: num: 17. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ (cum ista omnia non Procli sint authoris sed Auctore Methodio in dialogo interlocutoris) sed & num: 21. ἀντὶ τῆς καθάπερ ἐλέχθη ὡς ἀθηναγόρα legendum omnino K. E. Τῶ ἀθλιαγόρα, ut & Petavius Methodium scripsisse suspicatur, nos verò & ἐκ λέξεων ipsius Athenagoræ & ἐκ recapitulatione Photii sine suspitione perspicimus, ubi plane legitur καθάπερ ἀθλιαγόρα ἐλέχθη. Calculum his addit Clemens Alex: 1. 3. Stromat. p. 459. edit. Paris: 1641. ἤδη καὶ ἀγγελοὶ τινες ἀκαταίτητοι, ὅτι οὐκ ἀλλοτρίως ἔραδέντες δεῦρο καὶ ἀκαταίτητοι, 1. 5. Strom: p. 550. παρεστήσαμεν δὲ ἐν τῷ πρώτῳ σημειῶν, κλέπτης λέγεται ὅτι τὸ ἐλλείπων φιλοσόφου παρὰ μωσέως καὶ σοφῶν παρὰ κυριώτατων τῶν δογματῶν ὡς ἀκαταίτητος εἰληφώτας. οἱ δὲ καὶ κείνα παρεστήσαμεν, ὡς οἱ ἀγγελοὶ ἰσχυροὶ, οἱ τὸ ἀνω κληροῦ εἰληφώτες, καὶ βλοκώσαντες εἰς ἡδονὰς, ἐξέειπον πρὸς ἀλλήλους τὸ θυμαίνω, ὅσα πρὸς εἰς γινώσκον αὐτῶν ἐπίκουροι, κούπροντων δὲ τῶν ἄλλων ἀγγέλων μάλλον δὲ κληροῦ εἰς τὸ ἄνω κυρία παρεστήσαμεν. Eusebius item, cujus hæc verba in εὐσεβίου κειμένων. ἀγαγὼν, 1. 5. c. 4. p. 111. edit. R. Stephani 1544. Εἰς τὸ μάλλον πρὸς τὸ ὡς παρεστήσαμεν, ἐν οἷς φησι τὰς μυθολογίας ὡς περὶ θεῶν διηγήσεις, λόγους ἐναέτους περὶ δαιμόνων, τὰ πρὸς ἐκείνην ἀδόμητα γινώσκοντα καὶ πρὸς τὸ δαιμονικά εἶναι διηγήματα, ὡς καινότερον ὑπεβάλλειν διανοιῶν, μήποτε ἄρα πρὸς αὐτῶν ἢ τὰ περὶ τῶν περὶ τῶν κατὰ κλυστὸν γινώσκοντων ἐν τῇ θεῶν γινώσκοντα λεγόμενα, τὰ πρὸς τῶν τέρας γινώσκοντων, περὶ ὧν ἐρηται, ἰδόντες οἱ ἀγγελοὶ τὸ θεῶν θυγατέρας &c. ἐποιοῦντες τὰς ἐκείνων εἰναι καὶ τὰ ἐκείνων πνεύματα παρὰ πῶς μὲν πῦτὰ ἀνθρώπων θεοποιημένα καὶ τὰς ἐκείνων μάχας πρὸς πρὸς ἀλλήλους διατάσεις καὶ ὅτι πολέμους ταῦτ' εἶναι τὰ ὡς περὶ θεῶν μυθεύόμενα. Hisce ὡς προσθήκῃ addimus non quod assensum præbeat sed quod

quod augeat nugas pleniusq; exprimat, integrum caput 26. è Ste-  
 phani Gobari Tritheitæ libro, quo διτὰς καὶ ἀντικειμένους δόξας  
 collegit, uti fragmenta ejus Photius in Μυριοθ. Codice c c x x i i i  
 exhibet. Legisse in eo se scribit Photius: ὅτι οἱ ἄγγελοι κατελθόντες  
 ἐπὶ τῶν σφραγιῶν εἰς τὴν γλῶσσαν τῶν ἄνθρωπων καὶ παιδοποιῶν μύθους καὶ  
 ἔργα αἰνῶν ὁμιλοῦσάσιν· οὗ γίνονται ἐξήγησιν καὶ ἐδίδαξαν αὐτοὺς  
 τέχνους καὶ κακοτεχνίας. οἱ ἦ γίνοντες ἀλόγους μύθους (al. ἀλή-  
 λους) ἐξήγησαν περὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν δαιμόνια ἄρρενέ τε καὶ ἡλεσο-  
 κολάζοντα ἢ ἐκείνοι οἱ ἄγγελοι· εἶθε τὸ γῆς πῦρ ἀποδοῦναι καὶ θέρ-  
 μα ὑδάτα. καὶ ὅτι αἱ ψυχὰς τῶν ἀμαρτωλῶν δαιμόνια γίνονται  
 καὶ τὴν αἰώνιον, ὅτι ἀπαρτοὶ ὄντες οἱ ἀποκαταστάσιν ἄγγελοι τῶν  
 ἑαυτῶν, ἀλλὰ διὰ μέσων ἀνθρώπων ἐμίγασιν ἔργα καὶ μάλλον  
 ἢ ἔτι δι' ἑαυτῶν ἔτι διὰ μέσων ἀνθρώπων καὶ ὅτι τὸ μὲν ἀβάντων  
 αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς δαιμόνια. *Progrediemur jam ad  
 Latinos, ubi Irenæum prius adduxerimus, quem non dubitamus  
 inter græcos referre cum Hieronymo quia & Latina ejus, ut ha-  
 bentur, græciffant & græca passim fragmenta deprehendimus, suis  
 singula locis in Feu-ardentii editione restituta. Integer enim co-  
 dex haberi quidem dictus in Vaticana & Veneta Bibliotheca, sed  
 nec dum repertus est. Vide Feu-ardent in commonitione Irenæo  
 præmissa. Bellarmin: De Scriptur. Eccles: Rivet: in critico sa-  
 cro. Et qui porro rem Patrologicam tractant. Coeterum ita  
 Lugdunensis ille. lib. 4. adv. Hæres: c. 30. Enoch sine circumcissione  
 placens Deo Dei legatione ad Angelos fungebatur, & translatus est &  
 conservatur usq; nunc testis justi judicii Dei: quoniam angeli quidem tran-  
 gressi deciderunt in iudicium; homo autem placens translatus est in salutem.  
 Qui locus, utcumq; cum aliò referre mallet Feu-ardentius (homo,  
 ut monet Rivet. in Critic. l. 2. c. 6. projecta audacia & nullius fidei,  
 qui editiones suas in multis fœdè corrupte & annotationibus impiis &  
 mendacibus conspurcavit) aliò tamen referri vix potest, collatus in-  
 primis cum altero l. eodem c. 70. ubi ait: Temporibus Noe justè judici-  
 um indutum, uti extingueretur pessimum genus eorum, qui tùm vivebant,  
 hominum, qui jam fructificare Deo non poterant, cum angeli transgre-  
 fores commixti fuissent eis.*

### CAPUT III.

Tradit eandem Fabulam è Scriptoribus Latinis.

**N**on minùs Latini delirant. Tertullianus primò, magnum ille fìdus Ecclesiæ, nisi stella caduca fuisset aut talis saltem, quæ si non cecidit possit cecidisse videri. Ita hic l. de habitu Mulier. c. 2. *Angeli ad filias hominum de cæloruerunt, ut hæc quoq; ignominia fæmine accedat. Hi propriè & quasi peculiariter fæminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt: lumina Lapillorum, quibus monilia variantur, & circulos ex auro quibus brachia artentur: & medicamenta ex fuco, quibus lana colorentur, & illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producantur, &c.* l. de cultu fæmin: c. 10. ita quàm elegantissime ἐπέωρεῖ; Nimirum Deus demonstravit succis herbarum & concharum alveis incoquere lanas, exciderat illi, cum uniuersa nasci iuberet, purpureas & coccineas oves mandare, &c. Paulò post: *Per Angelos autem peccatores demonstrata sunt, &c.* l. De velandis virginib. c. 7 *Si mulier potestatem habere super caput debet, vel eò iustius virgo, ad quam pertinet, quod in causa est. Si enim propter Angelos, scilicet quos legimus à Deo & cælo excidisse, ob concupiscentiam fæminarum; quis presumere potest tales angelos maculata jam corpora & humanæ libidinis reliquias desiderasse, ut non ad virgines potius exarserint, quarum flos etiam humanam libidinem excusat. Et paucis interjectis: Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ usq; ad cælum scandala jaculata est, ut cum Deo assistens, cui rea est angelorum exterminatorum, cæteris quoque angelis erubescat & malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, jam nec hominum oculis offerendam, &c.* Age verò, die Ter-Tulli, (liceat enim jocari aduersum joculariam hanc scripturæ interpretationem) An ergo non & iis velo opus, quibus plurimis hæc velandi causa deest: quippè quas ab improbis importunisque libidinibus secutulejorum angelorum plus satis sua deformitas, magnum illa castitatis præsidium, tutas præstat, aperta potius quàm velata? Magistri, quem quotidiè manibus trivit, Hieronymo teste, Cyprianus pressè legit vestigia, qui l. de disciplina & habitu virgin: ita: *An vulnera inferri Deus auribus voluit, quibus innocens adhuc infantia & mali secularis ignara crucietur, ut postea de aurium cicatricibus & cavernis pretiosa grana dependeant, gravia etsi non suo pondere, mercium*

mercium quantitate. *Qua omnia peccatores & apostata Angeli suis ar-  
ribus prodiderunt, quando ad terrena contagia devoluti, à cœlesti vigore  
recesserunt. Illi & oculos circumducto nigrore fucare, & genas menda-  
cirubore insficere, & mutare adulterinis coloribus crinem & expugnare o-  
mnem oris & capitis veritatem corruptela sua impugnatione docuerunt.*  
Qvi illi peccatores & apostata Angeli? Clarius ergo ita loquitur I.  
de singularitate Cleric: Novimus & Angelos cum fœminis cecidisse. O-  
mnium verò clarissimè pandit mysteria hæc Lactantius (quod &  
in erroribus ejus Fr. Antoninus Raudensis, Theologus Parisiensis in  
vet: edit: Lactantii notat) l. 2. instit: qvi est de origine erroris, c. 15.  
Cum ergò, ait, numerus hominum cœpisset intrescere, providens Deus, ne  
fraudibus suis Diabolus, cui ab initio terræ dederat potestatem, vel cor-  
rumperet vel disperderet homines, quos in exordio fecerat, misit angelos  
ad tutelam cultumq; generis humani: quibus precepit ante omnia, ne ter-  
ræ contagione maculati substantia cœlestis amitterent dignitatem. Scili-  
cet id eos facere prohibuit, quod sciebat facturos, ut veniam sperare non  
possent. Itaq; illos cum hominibus commorantes, Dominator ille terræ  
fallacissimus consuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexit & mulierum  
congressibus inquinavit. Tum in cœlum ob peccata, quibus se immerse-  
rant, non recepti, ceciderunt in terram. Sic eos ex angelis Dei suos fecit  
satellites ac ministros. Qui autem ex his procreati, quia neq; angeli neq;  
homines fuerunt, sed mediam quandam naturam gerentes, non sunt ad in-  
feros recepti, sicut in cœlum parentes eorum. Ita duo generum Demonum  
facta sunt: unum cœleste, alterum terrenum. Confer eum his & Sul-  
pitii Severi sacram historiam, quæ extat in Biblioth: Magn: Patrum  
(utimur editione novissima An: 1654. 17. Tomis comprehensa) T. 7.  
ubi p. 167. hæc invenias: *Qua tempestate (Noachi) cum jam genus hu-  
manum abundaret; Angeli, quibus cœlum sedes erat, speciosarum formâ  
virginum capti illicitas cupiditates appetierunt: ac naturæ suæ originisq;  
degeneres, relictis superioribus, quorum incolæ erant, matrimonijs se mor-  
talibus miscuerunt. Hi paulatim mores noxios conferentes, humanam  
corruptere progeniem, ex quorum coitu gigantes editi esse dicuntur, cum  
diversæ inter se naturæ per mixtio monstrum gigneret. Adjungendus his  
Ambrosius, qvi si idem non sensit, certè nec idem loqui debuit l.  
de virginitate: non longè à fine: Castitas angelos fecit; qui eam servavit,  
angelus*

angelus est: qui eam perdidit, diabolus est. *Quam præclarum est autem angelos propter intemperantiam suam in seculum cecidisse de cælo, virgines propter castimoniam in cælum transisse de seculo.* Neque satis eum excusatum videas Pererio l. 8. in Gen: c. 6. Sixto Sen: Bibliotheca S. lib. 5. annot: 77.

#### CAPUT IV.

Inquiri in Fabulæ originem & Fundamentum primum:  
Apocryphum Enochi.

**H**æc illa de Egregororum Hymeneo fabula est, cujus in originem atq; si quibus suffulcitur, fundamenta jam nobis inquirendum. Prima verò Origo, è qua tum ab assertoribus suis, tum ab iis, qui his contradixere, derivatur, est aliqua, ut creditur, per vetusta Enoch scriptura. Inde enim non modo deducit Origenes. Dixerat Celsus, ut ipse l. 5. contra Celsi: recitat p. 68. editionis vetustæ Parisinæ An: 1512. Christophoro Persona Interprete: *Quod si solum venisse hunc dixerint (Christum) arguentur planè contraria mentiri.* Adventare namq; frequenter & alios dicunt vel ad sexaginta simul & septuaginta, depravariq; & compedibus coerceri & pœnas luere in terram dejectos ita ut illorum vel lacrimas calidos esse asserant fontes. Ad quam thermarum originem Stephanum etiam Gobarum Trithemiam loco supra è Photio citato, respexisse credimus. Respondet Origenes post alia p. 69. *Celsum ex Enoch scriptis hæc intulisse & c. Celsum confuse admodum, dum angelos qui ad nos demigrarunt conquirat, exposuisse, quæ minus clarè ex Enoch scriptis ad se pervenere: quippe qui nec ea quidem videatur legisse & nesciat planè hos libros, qui Enoch inscribitur in Ecclesia non plurimum observari.* Non modo Augustinus: qui l. 15. de Civ. D. c. 23. eidem, quo hæc Egregororum connubia expresso discutit, alteram etiam controversiam de libris Enocheis studiosè inserit. ipsum vide l. cit. Sed ipsi etiam profitentur, quo Doctore ista didicerint, è Græcis Clemens Alex: cujus verba hæc ἐν τῷ περὶ ἑλληνικῶν ἐκλογῶν p. 808. editionis Parisinæ, non piget adscribere. ἤδη καὶ ἐνώχου φησὶ τὸν πρεσβύτερον ἀγγέλου διδάξαι τὸν ἀσθροπέως ἀστρονομίας καὶ μαθητικῆς καὶ πᾶσι ἀλλοῖς τέχναις. E Latinis Florens l. de cult. For: c. 10. *Idem Angeli, qui & materias hujusmodi illecebras*

*illicebros detexerunt, aurum dico & argentum illustrium & opera eorum tradiderunt, etiam calli blepharum vellerumg, tincturas inter cetera docuerunt, damnati à DEO sunt, ut Enoch refert. Ideoq; & pro hujus scripti autoritate, pro aris quasi & focis pugnantem, è lib. de habitu mulier: c. 3. paulò post videbimus, ut cæteros jam prætermittamus. Ipsissimam, uti creditur, Enochi literaturam extare adhuc hodie apud Judæos è Manahemi Ricinensis fol: 30. Col 1. & 2. persvasus est J. Drufius c. 22. Enochi sui p. 27. Thom: Bangius Cæl: Orientis exercit: 1. qv. 5. p. 18. è Georg: Rost: in Ep: Judæ memorat librum Henochi à Gvilhelmo Postello inventum, citante testem ipsum Gesnerum. Fragmentum ejus, qvòd nostram materiam concernit, exhibent, græcè qvidem J. J. Scaliger in notis ad Græca Eusebii, Latinè A. Kircherus in Oedipod: Ægypt. qvos de verbo ad verbum exscribere tedious foret. Sufficiant summa capita: recenset ergo PseudEnochus ille I. ipsos Egregoros, nominatim viginti principes, qvorum A. Σεμιξᾶς, ὁ ἄρχων αὐτῶν, i. e. τῶν δόχουτων πρώταρχος. B. Αταρκέφ. Γ. Αρακιήλ. Δ. Χαβαθιήλ. Ε. Οραμαμαμή. ς. Ραμιήλ. Ζ. Σαψίχ. Η. Σακιήλ. Θ. Βαλκιήλ. Ι. ΑΖαλζήλ. ΙΑ. Φάρμαρ. ΙΒ. Αμαειήλ. ΙΓ. Αναμηᾶς. ΙΔ. Θανταήλ. ΙΕ. Σαμιήλ. Ις. Σαρνηᾶς. ΙΖ. Ευμηήλ. ΙΗ. Γυρηήλ. ΙΘ. Ισμηήλ. Κ. Σαειήλ. ἔπι κει εἰς λοιπὸν πάντες, &c. II. Amores eorum, conjugationem & nuptias. Visis qvippè filiabus hominum pulchris exaruisse, deq; eligendis ex iis uxoribus consultasse, præeunte Semixa conjurasse, & deniq; mortalium connubiis ita se immiscuisse. III. Natam inde prolem, trium generum, magnos qvippe Gigantes, ex his Naphilim, ex istis Eliud. IV. Studia eorum & artes. Multiplicatos secundum magnitudinem suam docuisse magiam & incantationes: Mysteria, si diis, placet invidenda, ob qvæ iram cœli incurrerint, ἀποκαλύψαντες τὸ αἰῶνι τὸ ἐν ἔρανῶ: Exaelem nominatim, decimum è principibus (idem iste qvi Azalziel, an Mendum in fragmento?) docuisse facere Macharas, thoraces, & instrumenta bellica omnis generis, terræ item metalla & aurum, ut tractandum foret, sibi etiam usum & fucos & quidquid ad muliebrem cultum pertinet: Semixam iras docuisse animi & radices herbarum terræ: Pharmarum τὴν Φαρμακείαν (forte hinc*

B

nomi-

nominum affinitas) incantationesq; reciprocas: Nonum, ἀερο-  
 σκοπία: Octavum, ἀεροσκοπία; Quartum ἀερολογία; Tertium  
 terræ signa: Septimum, Luna. Notamus obiter his etiam docto-  
 ribus Chymiam deberi; autore Sosimo Panopolite ἐν πύθ. τ̄ ἰμὲθ  
 βιβλ. Ita enim ille Chymiam appellat. Ejus nobis verba Scal-  
 i. c. ad Euseb: exhibet: ἐστὶν ἂν αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις χημῶν ὡς  
 τῶν τ̄ τεχνῶν. ἐπάλεσον ἢ πούττω τὸ βιβλὸν χημῶν. Ἐθεν καὶ ἡ  
 τέχνη χημία καλεῖται. V. Judicium & Pœnas. Inclamasse homines  
 cœlos, & Michael: Raphaelé, Gabr: Urielem, Archangelos qvere-  
 las Deo detulisse: Missum ergo Urielem ad Noachum, ut instans  
 diluvium nuntiaret, præscriberetq; modum quo ipse servare-  
 tur: Raphaeli demandatum, manibus pedibusq; vincum Exae-  
 lem in tenebras projiceret, in eremū, qui in Eremito Dodoel. suppo-  
 sitis ei saxis asperis & acutis: Gabrieli dictum, committeret inter  
 se gigantes, ut mutuis cœdib⁹ exterminarentur: Michaeli, alligaret  
 Semixā, usque ad diem judicij. Et quæ porro ejus generis nugæ sunt,  
 quas Tanti viri nomen & auctoritatem mentiri dolemus: magni o-  
 mninō æstimaturi, si quod γήσιον ejus monumentum superesset.

CAP. V.

Disqvirit in Enochei libri autorem probatq; non  
 esse Enochum Patriarcham.

**D**ubitamus verò jure, an unquam ille quidquam scripserit. Neq;  
 id ex Judæ Epistola demonstrari credimus, pace quidem Augusti-  
 ni, aliàs nobis maximi. Ita ille l. 15. d. C. D. c. 23. scripsisse nonnulla  
 Enoch illum septimum ab Adam negare non possumus, cum hoc in Epistola  
 Canonica Judas dicat. Ubi vero hoc Judas? ἐπεφηνῶσαί, ait, quid si  
 non scripto sed aut facto aut dicto, quod aut constans traditio ad tem-  
 pora usq; Judæ conservarit, aut indubio Spir: S. indicio Judas edoctus  
 iterum sit, cùm jam temporis injuriâ intercidisset. Largiamur ta-  
 men scripsisse non nihil Enochū, quo judicio constat, univērsali cata-  
 clysmo superstes ad nos usq; pervenisse. Certe illa, quæ sub tantū  
 nominis auctoritate obtruduntur, jam suo tempore Origenes Celso re-  
 spondit, in Ecclesia non plurimum observari. l. c. Non frustra (ait Augu-  
 stin. l. c.) non sunt in eo canone scripturarum, qui servabatur in templo  
 Hebræi populi succedentiam diligentia sacerdotum. Cur autem? nisi  
 quia

quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur rite servasse. Unde illa, quæ sub ejus (Enochi) nomine proferuntur, & continent istas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda, sicut multa sub nominibus & aliorum prophetarum, & recentiori sub nominibus Apostolorum ab Hæreticis proferuntur, quæ omnia sub nomine Apocryphorū auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Hinc solam allegationem Prophetiæ Enochæ periculum creasse Epistolæ Judæ, apud Hieronymum in Eccles. script. legimus. Ipse etiam Tertullianus proficitur apertè l. de hab. mulier. c. 3. non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Judaicum admittitur. Itaq; respondet: Opinor, non putaverunt, illam ante cataclysmum editam post eum casum orbis omnium abolitorem, salvam esse potuisse. Si ista ratio est: recordentur pronepotem fuisse superstitem Cataclysmo Noe, qui utiq; domestico nomine & hereditaria traditione audierat, & meminerat de proavi sui apud Deum gratia, & de omnibus predicatis ejus, cum Enoch filio suo Mathusale nihil aliud mandaverit, quàm ut notitiam eorum posteris traderet. Igitur sine dubio potuit Noe in predicationis delegatione successisse: Vel quia alias non tacuisset tam de DEI conservatoris sui dispositione, quàm de ipsa domus suæ gloriæ. Hoc si non tam expeditè haberet, illud quoq; assertionem scripture illius tueretur. Proinde potuit eam abolefactam violentia Cataclysmi in Spiritu rursus informare: quemadmodum & Hierosolymis Babylonica expugnatione deletis, omne instrumentum Judaicæ literaturæ per Esdram constat restauratum. Ubi ex eo, quod æque dubium an falsum est, factum esse, argumentatur & hoc fieri potuisse, quod hætenus quidem non venit in controversiam. Certi de Dei potentia, quæ præstare id potuit, præstitumne sit, dubitamus. Quæ Ergo temeritas Jacobi Bolduci, qui quasi ipse Archivis antediluvianis præsens assedisset *ὁ ἄρχων τῆς ἀρχῆς*, non erubescit ista pronunciare l. i. de statu Eccles. ante-Mosaicæ c. 14. Noe scripta Enoch diligenter conservabat, & illa reposuit in arca diluvii non minori sollicitudine, quàm Patris Adami & quorundam aliorum ossa, ut qui ejus, quem DEUS rapuerat, ossa, quæ servarentur, habere non posset, scripta tanquam sacratissimum pignus ac depositum sibi & posteritati custodiret quorū lectione vel solo intuitu ad tanti auctoris merita divino jugiter conspectui præsentanda moveretur: quibus justè irati Numinis in mortales



*miseri cordiam facilius impetraret.* Ne verò sit in Enocheis, (quæ eodem capite recensita videas) cui Tanti Patriarchæ autoritatem prætexere pudeat, ita ea interpretatur: Egregoros, vigiles seu Custodes, quales ex officio filii DEI esse debebant, elegisse ait uxores de filiabus hominum e secta Kainitarum. Principem illorum Semixam putat fuisse vel Malaleel, vel Jared, vel Mathusalam. *Nam cum multa, ait, essent Cineaorum cœnobia, facile creditur est, quendam è tribus dictis nonnullis hujusmodi præfuisse cœnobiis &c.* Hos fingit genuisse sibi tria genera, gigantes &c. quos ita, dictos credit non à Corporis proceritate insolita, sed à gigantea i. e. immani sanctitate, qualis hodiernum in ecclesiis sub S. Christophori, (ne fabulæ fabula desit) portentosa molis corpore repræsentatur. Ut rideas effatim, Lector, adscribemus insuper, quos ערררר dicat. Ita ergo ille l. r. c. z. ubi Gen. 6, 4. explicat: *pro Gigantes habetur vox Nephilim b. e. cadentes seu prostermentes se. Quo nomine tunc & longè posterioribus temporibus fideles verig, Doi cultores. appellabantur à prostratione in terram, eò quod in orationibus & publicis religionis exercitiis Deum prostrati adorabant.* Huc usq; deliria Capucini. Cujus nos, dubitamus, stuporem magis an impudentiam miremur. Qvi cum ipsa Enochei libri fragmenta ibi in propatulo exponeret, hæc tamen tam eis manifestè contraria non timuit juxta locare? Mittimus cætera, dolemus verò unum hoc: tam illum male de Patriarcha quocunq; seu Malaleel ille sit seu Jared, seu Mathusala, ominari, ut Semixan Enocheum fuisse credat; de quo hoc in mandatis Michaeli cœlitus datum: Πορεύς, Μιχαήλ, δῆσον Σεμιξῶν, καὶ εἶπ' ἄλλης (ὡ ἀπὸ, εἶπ' Συμμιχθῶς ἢ Συμμεξῶσι ἢ ἀνθρώπων ἔμιαθλιώαι ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτῶν καὶ ὅταν καθεσθῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν καὶ ἴδωσι τὸ ἀπώλειαι ἀγαπητῶν, δῆσον αὐτὰς ἰπὸ ὄφρατος εἰς νάπαις ἢ γῆς, μετρί ημερας ἢ κρισίως αὐτῶν, μετρί ημερας ἢ πλειώσεως τελευτῶν, εἰως (ὡπτελειοθ) κελμα ἔαιων (ἢ αἰῶν). Τότε ἀπνευχθῶν) εἰς τὸ Χά (ἢ πρὸς καὶ εἰς τὸ βῆσσονον καὶ εἰς τὸ δεσμιωτέλειον ἢ Συγκλίσεως ἔαιων (ἢ αἰῶν). An hæc non per calumniam Malaleel, Jared, Mathusalæ adscribantur, judicet ipse Capucinus. Sed ecce! quibus Religiosis sua ante Mosaisca cœnobia Capucinus compleat? ita de iis Pseud Enochus: ἤρξαντο οἱ γίγαντες καταδύναι τὰς Σάρκας τῶν ἀνθρώπων: Voraces cœnobi-

Cœnobita. Ergo & de iis dictum Gabrieli: Πορεύε, Γαβριήλ, ἵνα σου κηδεύῃς, ἵνα σου υἱὸς ἴσῃς τὴν πορείαν, καὶ ἀπόλεσον σου υἱὸς τῶν Ερρηγίων ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀσβρόπων. Πέμψον αὐτὸς εἰς ἀλλήλους ἐξ αὐτῶν εἰς αὐτὸς ἐν πολέμῳ, ἐν ἀπωλείᾳ. O sanctitatem verè Giganteam, & dignum sanctitate præmium! O commenta potius Capucino digna? relinqvimus ea & ad Literaturam Enochéam redimus.

CAP. VI.

Afferit suppositum Enocho factum à fabulatoribus Judæis.

Si non sit Enochi illa, cujus ergò? Placet assertio quarta Bangii, in Exerc: i. cœli Orientis: Fragmentum Enochianum Judæi unus aut plurimum factus est multis: fariam vitiosus. Non est dubium (scilicet Cunaus l. 3. de Rep. Hebr. c. 1) quin severa increpatione Enochus improbitatem hominum castigaverit avi sui. Atq; hac res quosdam nugatores excitavit, qui stulta persuasione fidenter speravere, se posse sua posteritati illudere; quippe in glorio studio & jejuna opera librum olim in vulgus extruserant, quem ipsi, si Deo placet, ab Enoch scriptum ajebant. Profecto is liber aut è diluvii undis integer evasit, cum perirent ferè omnia: aut postea è cœlo delapsus est, quod est anile. Quamquam quid non audebit asserere inephorum recordia, cum etiam Judæi dicant, Eliam septimo anno postquam raptus fuit, literas ad Joramum Regem dedisse è cœlo, & addant adhuc hodie illit omnium temporum fastos ab eo compositi. Certè gemina His Egregoreis fabulis è Judæis adducta legas, non modo apud Thomam Bangium, Cœl: Orient: Exerc: citatâ. Sed & Theodor: Hackspan' Disp: de Angelorum Dæmonumq; nominib: Altorph: habita An: 1641. aliosq; plures, quas compilare tædiosum foret. Ex iisdem rivulis, limpidis, si Dis placet, Mohammedes suos quoq; hortulos irrigavit, (quod solitum eidem pridem probavit Widmanstadius in notis ad Theol: Mohammedis) è cujus doctrina ob fabularum cognationem liceat aliqua repetere: verbis primo Demetrii Cydonii, qui confurationem Legis Saracenicæ, Fr Richardi ordin. Prædicator græcè vertit. Ita Cydonius c. 4. ἐπὶ τῷ ἐν τῷ Βελίῳ τῶν διηγήσεων αὐτοῦ ὁ Μαχαμετ διδάσκει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὁ οὐρανὸς κεκάλυψε. φησὶ γὰρ, τὸ πρὶν ἵνα τὸ γένος ἀγγέλων ἀπεκαλέναι,

ὡς τε θάλασσα ἀρχει καὶ δικαίως κελνεῖν. ἦσαν ἡ ἔθνη οἱ ἄγγελοι, Α-  
 ΡΩΤ καὶ ΜΑΡΩΤ. ἦλθουσι δὲ πρὸς γυνὴν ἄκλυον ἔχουσαν ἐπ' ἀρσενί τέρ-  
 τες οὐκ ἀλεσε. καὶ παρεθήκε τέτραις οἶνον ὃν ὁ θεὸς μὴ πίνειν αὐτῆς ἐπι-  
 εῖλαι. μεθύουσα δὲ ἐξήγησεν ταῦτα ἐφ' ὕβριν οἷς καὶ ζωοθεῖο ἴππ' ἑτά-  
 ρις μὴ πει: ὡς τε τ' ἔπειρον μὲν τέτρων αὐτῆς εἰς τ' ὄρανον ἀναβαίνειν  
 διδάξαι, τ' ἡ λοιπὸν κατεβαίνειν. ἢ καὶ ἀνήλθεν εἰς τ' ὄρανον. ὁ ἡ  
 θεὸς ταῦτα ἰδὼν καὶ τ' δίκης, ἡ ἔχεν, ἀκρίσας, πεποίηκεν αὐτῆς ἐσο-  
 φόνον, ὡς τ' ἔπειτα ταῦτα ἐπὶ τ' ὄρανον μετὰ τ' ἀστέρων, ἔτασθε καλλῶν,  
 ὡς περὶ καὶ τῆ γῆ μετὰ τ' γυναικῶν ἡ. Δοθείσης πρὸς ἄγγελοις αἰ-  
 ρέσεως ὡς τ' ἐβόωντο καταδύναται, ἐβόωντο δηλονότι, ἢ ἐπὶ τῶν μέλλοντι,  
 ἐλομῶν αὐτῶν ἐπὶ τῶν παρόντι μᾶλλον πμωρηθῆναι, ἐξήγησε τέτραις ἐπὶ  
 τῆ τ' βαβυλῶν. Φρέατι τῶν πιδῶν δι' ἀλύσας σιδηρᾶς, μέγρι τ'  
 ἐπὶ τῆ κρείσι ἡμέρας. Unde Mohamedes hauserit hæc, nisi indidem,  
 unde fabula Egregorea originem trahit? ipsissima enim hæc pau-  
 cis mutatis è Bereschith rabba R. Moseh haddarschan recitat Ray-  
 mundus Martini ord. Prædicat. In Pugione fidei (Parisiis Anno  
 1651. edito cum observat. Josephi de Voisin) part. 3. dist. 3. c. 22.  
 pag. 728 Angelos duos Schemchusai & Azael, vidisse filias homi-  
 num pulchras & erravisse postillas: hoc esse quod Gen. 6. 2. di-  
 citur &c. Dixisse Schemchusai, Dominae cuidam, Asthira; o-  
 bedi mihi. Respondisse hanc: non ego tibi obediens, donec  
 decueris me non enim expositum, in quo tu ascendis in cœlum in  
 hora, quæ nominas illud. Doctam illam hoc nomen in Cœlum  
 ascendisse, quæ DEUS inter 7. plejades defixerit, viso hoc Schem-  
 chusai & Azael duxisse uxores & genuisse liberos: hinc Gigantes.  
 Schemchusai enim genuisse Hija & Chija. Duxisse & hos uxores &  
 genuisse Seonem & Ogum. Schemchusai reversum per pœnitentiam,  
 suspendisse seipsum inter cœlum & terram, sed corpore inverso.  
 Azael, qui etiamnum in peccato, præpositum esse super omnes spe-  
 cies colorum, & ornamentorum muliebriū, quæ incitant homi-  
 nem ad negotium transgressionis. Ecce Tibi, Egregorea, in hac  
 fabula, pleraq; amores, nuptias, prolem, & studia, quæ ut supra retu-  
 limus artem cosmeticam plurimum concernunt. Extat & in Bi-  
 bliotheca M. Patrum, T. 12. ἐλεγχ. Καφῆς τ' ἰσραηλιτῶν καὶ τ'  
 Φλυαρίας τῶν δογμάτων αὐτῶν Ex Euthymii Monachi Zigabe-

ni dogmatica Panoplia part 2. tit: 24. ubi recensetur, quàm nefario auctore Moamedes perverterit nequissimâ suâ interpretatione cap 6. Geneleos, v. 2. substitutis pro filiis diis, Angelabus (ut rem monstruosam inlolita voce exprimamus) quæ è filiis hominum Gigantes conceperint pepererintq; Ita Zigabenus ille pag: 542. οἱ Μωάμεθ τὴν ἀντίον ἐποίησεν. ἀντὶ μὲν τῶν υἱῶν ἔθεθ' Ἰηλείας ἀγγέλους ἐποίησεν, καὶ τὸ ἐπὶ λέων μῦθον, Ἰεὺς δὲ αὐτῶν Ἐλένη λευκωλένη ἀγγελὸν ἦλθεν. ἀντὶ δὲ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων υἱὸς ἀνθρώπων ἐπαγαγῶν. καὶ τὸ πῶντων ἐλεεινὰ ἔσθαι, ὅτι παρὰ θεῶν τὰ τοῦ χάριτος κατὰ ἀγγέλλει λέγων. Ἐξελήξατο κύριος ὑμῶν τὸ τέκνον, καὶ ἐλαβεν ἐκ τῶν ἀγγέλων Ἰηλείας. ὑμεῖς δὲ λέγετε λόγους μεράλεις, ταῖς τε Φημί- ζετε τὸ θεὸν υἱὸς εἶχειν, μᾶλλον μὲν ἔν, Ἰηλείας ἀγγέλους, κύριος δὲ ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. ἐξ ὧν οἱ γίγαντες ἐγένοντο. Ita Euthymius, & hæc de prima fabulæ Egregorææ origine, Literatura hac PseudEnochæa, sufficiant. Plura, qui volet, videat post commentatores in Genes: & Epist: Judæ. Drusium in suo HENOCHE, & Maximi in primis DORSCHER, Præceptoris, Patroni, Hospitisq; Parentis instar venerandi Disputatione inauguralem, de Prophetia Enochi An: 1627. Argentinx habitam, extantem verò in Pentadecad: disser. r. Nos unum adhuc Augustini de hac re iudicium, nostrum facimus l. 15. de C. D. c. 23. *Omittamus earum scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur, eò quod earum occulta origo non claruit patribus, à quibus usq; ad nos autoritas veracium scripturarum certissima & notissima successione pervenit. In his autem Apocryphis, & si invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica autoritas. & l. 18. c. 38 Ea castitas canonis non recepit, non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur autoritas, sed quod ista non credantur esse ipsorum.*

## CAPUT VII.

Summatim, quæ restant, exponit.

**H**oc verò quidquid est nugarum, eò promptius recipere primi Ecclesiæ Patres, quò convenientius *Philosophia Platon:* visum est, in quam pleriq; illi propensiores erant: reclamante quantum vis, Apost: Col: 2, 8. Illa ipsa ergo *secundū fundamentum* est, cui nostra hæc de Egr. Amor. fabula innititur. In hac n. schola edocti definitione *Dæmonum,*

num, ut à Madaurenſi illa Philoſ. proponitur l. de Deo Socratis; *Dæmo-  
nes ſ. genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiva, corpore aerea,  
tempore aterna:* mirum non fit, ſi & competentes animalibus affectio-  
nes operationesq; ſpiritibus incompetentes aſſignare non dubitarunt.  
Hiſ, quæquæ ſint, ſomniis ebrüi, jam & in ſcripturis ſanctis legere ſibi vi-  
debantur, quæ minimè illic legere fuit. Et in primis loco illuſtris è Gen.  
6. 2. antipagamenti loco huic Scenæ præfix<sup>o</sup> eſt: quo filii Dei, quos ange-  
los aliqui interpretantur, leguntur deperiſſe filias hom. & natos inde  
Gigantes. Quæ illi lecta ad Phil. Platon. quaſi ad regulam dirigere & in-  
telligere, quam hanc ad illa, maluerunt. Ergo jam & divinam autorita-  
tem prætexerunt. Egregoreis nuptiis, *fundamentumq;* Fabulæ *tertiüm*  
etiam à ſanctiſſima Alethæa emendicare conati ſunt. Sed hæc peculia-  
ribus meditationibus excutienda reſervamus. Cæterùm non cum pri-  
ſcis temporibus hæc opinionum, monſtra evanuerunt. Hodienum ſu-  
per ſunt, qui tale quid non fieri modo poſſe, ſed experientia etiam ſæ-  
pius conſtatam credant. ſiqu. Dæmones jam incubos imprægnare ſæ-  
minas, jam ſuccubos è maribus concipere, hiftoriarum monumenta lo-  
quantur. Ergo una eademq; operâ hanc etiam quæſtionem de hinc  
plenius expoſituri, compendio jam dicimus: Dæmones ſuâ quidem  
naturâ Spiritus, proinde & harum, quibus animalia ſubjecti ſunt, cu-  
piditatum expertes, neq; voluptatibus τῶν ἀφροδιſίων ullo modo de-  
lectari, Ergo neq; congregari, multo minus generare poſſe. Ut tamen  
mancipiorum ſuorum libidinibus conſulât, facile ſibi, Deo permittente  
ex congrua elementorum mixtura corpus formare, quæ ad id ope-  
ris commodum ſit aut aliquod cadaver non informare quidem ſed ad  
formæ inſtar aſſiſtere & quaſi animare, inq; hoc eas, quæ ad congreſ-  
ſum faciunt, operationes edere: quin & aliquid τῆς γυναικὸς ſimile interdû  
excernere, a. veram etiam γυναικὸς ſubreptam aliud: Generare verò hoc  
coitu, non facile nobis quisquam perſuaſerit. Ergo quæ circumferuntur  
ab hiftoricis fide dignis, exempla partuum diabolicorum a. partus veri  
non ſunt; ſed vel φῶσμος & vanum ludibrium oculorum vel maſſa  
quidem corporea, ſed exanimis verè nec niſi diaboli aſſiſtentiâ quaſi  
animata, quæ quid fere ſunt cambiones atq; vagiones, ut vocant: aut  
part<sup>o</sup> ſunt veri quidem ſed alieni, aliunde quippe à Spiritu Μυερατῆων  
ſurrepti, & à perniciſſimo impoſtore ſuis quaſi cunis  
ſuppoſiti.

**E**ximio specimen conatu jungitis, ex quo  
Constet de vestra sedulitate domi.  
Barthi clare, tuas laudavit Lipsia doctes.  
Rostochium doctes laudat amatq; tuas:  
Argentina, duos testes, patria altera, junget  
Certior ante satis per documenta, sibi.  
Polzi certe, facis præclarè, quando laborum  
Primitias luci judicioq; locas.  
Attinges meram feliciter. Ecce sagittam  
Diriget æternus Spiritus ipse tuam.

JOH. GEORGIUS DORSCHENS, D.

Ad Præstantiss. pietate modestiâ & eruditione Dn. Resp.

**C**armen, Amice, petis: vetiti non illud amores  
Poscunt: sed vester scribere jussit Amor  
Materies satis ille suis obscura tenebris:  
Qui docet, applausu non tamen ille caret.  
Ecce præit nostri BARTHÏ clarissima fama  
Lipsia quem novit, novit & Argyrope  
Sed nunc Varnus habet: Tu POLZI clara Magistri  
Signa sequens nostræ das documenta Rosæ.  
Sic felix: Vobis Varnus despondet amores:  
Et prima hic vobis pagina laudis erit.

AUGUSTUS VARENIUS.

**P**OLZI, delictum novem Sororum,  
Nemo te cor habere diffitetur,  
Quando PRÆSIDE BARTHIO MAGISTRO  
Primum edis specimen tui laboris  
Et laudabilis eruditionis.  
Felix BARTHÏUS ingenî vigore,  
Felix judicio, belluo librorum!  
Hunc, quantum potes, æmulare POLZI,  
Nec quivis placeat tibi magister:  
Quæ discrimen amat, sapit Juventus.  
Nunc defende tuas: Amice, partes,  
Et mistos homini Angelos refuta,

Tante

Tanto PRÆSIDE, de theatro honoris  
Et famæ CATHEDRA; parata palma est,  
Qualis tempore te suo manebit.  
Quid speres, BONE, & amplius quid optes?  
Insignem exprime BARTHIUM, valebis.

ANDREAS SCHE RNINGIUS, PP.

**M**entium Cæli pridem & Telluris Amorem  
Prodis & Angelicos pandis, AMICE, thoros;  
Gloria, MI POLZI, nostræ non ultima VARNÆ  
WIS MARLÆ QVE decus delictumq; tuæ,  
Disperere am, si non Cæli & Telluris Amorem  
Mentius verum conciliabit Amor.

PRÆSES

**P**anditis angelicos & débèllatis amores,  
Quis putet æthereas Cypriæ adire domos?  
Digna tuo seges hæc Genio; sublimia tractas  
Barthi sublimem dat tibi Musa locum.  
Quem quondam Argyrope, quondam Chilyrea probavit  
O minor & dignum nostra Roseta colent:  
De tam subtili POLZI, tibi grator arena.  
Pergas nitentem summus amabit Amor.

NICOLAUS LUNDIUS, Haffniâ Danus.

Epigramma ad Dn. Resp. cum me adopp.  
munus invitaret

**E**rgo mihi tecum POLZI, de Demone res est?  
Qualia nunc scribam carmina? scribo cruces.  
Certemus potius de lanâ ô Amice Caprinâ,  
Aut aliud pugna, si libet, ede genus.  
Nequam AMOR ille quidem est & nullo dignus amore,  
Est tamen ingeni scriptio digna bono.  
Stabo ergo ad pugnam facilis thesibusq; ero doctis  
Incubus ipse quidem, succubus inde tamen.

Lusi

D. G. MORHOFIUS.

☞(☉):(☉):(☉)







ni dogmatica Panoplia part 2. ti  
 rio ausu Moamedes perverteri  
 cap 6. Geneleos, v. 2. substituti  
 monstrosam insolita voce expri  
 gantes conceperint pepererint q̄  
 ō ἢ Μωάμεθ τὸναντίον εἰρηκεν.  
 ἀγγελοῦ εἰπών, κ̄ τὸ ἐπὶ λέωα μὴ  
 ἀγγελοῦ ἦλθεν. αὐτὸ ἢ τῶν θ̄  
 πῶν ἐπαγγελοῦ. κ̄ τὸ πῶν ἐλεει  
 ἀγγελοῦ λέγων. Εξελῶθε κ̄  
 τῶν ἀγγελοῦ θηλείας. ὑμεῖς ἢ λι  
 ζετὸ τὸ θεὸν οὐκ ἔχειν, μᾶλλον μὲν  
 δῶκε τοῖς οὐκ ἔχουσιν τῶν ἀνθρώπων. ἐξ ἁ  
 thymias, & hæc de prima fabulæ  
 PseudEnochæa, sufficient. Plu  
 tatores in Genes. & Epist. Judæ.  
 & Maximi in primis DORSCHER  
 Parentis instar venerandi Disput  
 Enochi An: 1627. Argentina hæc  
 cad: differ. r. Nos unum adhuc  
 strum facimus l. 15. de C. D. c. 23  
 bulas, quæ apocrypha nuncupantur,  
 ruit patribus, à quibus usq̄, ad nos au  
 sima & notissima successione perven  
 nitur aliqua veritas, tamen propt  
 ritas. & l. 18. c. 38 Eacastitas can  
 minum, qui Deo placuerunt, reproba  
 dantur esse ipsorum.

CAPU

Summatim, qua

Hoc verò quidquid est nugarum  
 celestia Patres, quò convenien  
 quam pleriq̄ illi propensiores era  
 Col: 2, 8. Illa ipsa ergo secundū fun  
 Amor. fabula innititur. In hac

nfetur, quàm nefa  
 uâ interpretatione  
 Angelabus (ut rem  
 è filiis hominum Gi  
 enus ille pag: 542.  
 οἰῶν ἔ τῆ θηλείας  
 u Ελένη λευκαλέω  
 θρώπων οὐκ ἔσθρῶ  
 κ̄ τῆ τῆ τῆ τῆ κατ  
 κ̄ τῆ τῆ τῆ τῆ κατ  
 κ̄ τῆ τῆ τῆ τῆ κατ  
 αἰλῆς, τῆ τῆ τῆ τῆ  
 ἀγγελοῦ, κ̄ τῆ τῆ τῆ  
 ἡθῆσαν. Ita Eu  
 gine, Literatura hac  
 ideat post commen  
 suo H E N O C H,  
 Patroni, Hospitis q̄;  
 ralem, de Prophetia  
 m verò in Pentade  
 ac re iudicium, no  
 ram scripturarum fa  
 occulta origo non cla  
 m scripturarum certis  
 Apocryphis, ἔ τῆ in  
 illa est canonica auto  
 , non quod eorum ho  
 sed quod ista non cre

donit.  
 is recepere primi Ec  
 Platon: visum est, in  
 quantum vis, Apost:  
 ui nostra hæc de Egr  
 ti definitonæ Dæmo  
 num,

